

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes  
Hagenoae, 1519**

Philippus Beroaldus iunior, Ioanni Reuchlin Phorcensi

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

E P I S . I L L V S T . V I R O R V M A D

uiuam habebunt, qualem iandiu habuerunt libri de Verbo Mirifico per te & docte compositi, & eleganter perpoliti. Vale. Roma viii. Kalend. Iunias. Anno M. D. XVII.

Philip pus Beroaldus Iunior, Ioanni  
Reuchlin Phorcensi.

**D**OCTISSIME vir salve. Quod literis tuis haec tenus non respoderim, in causa fuit, Pontificis ab urbe recessus, meaque in urbe mora. Accessit etiam ualeudo aduersa Anconitani, quo sine parum proficere poteram. Tandem & Pontifex redit & Anconitano incolmitas restituta est. Res tuae iam in uado constituta sunt. Philosophus tuus quem tuis literis mihi commendaisti, Venetias ire in animo habebat. Nam hic illi arti nullus quaestus nec fides ulla. Ceterum qui tibi has literas reddit Ioannes Heitmers Commissarius est Pontificis destinatus ad Germaniae partes pro libris antiquis qui desyderantur, munitus uenit multis literis pontificiis & diplomatibus. Sperat se omnino aliquid boni eruturum. Significauit autem Pontifici posse te plurimum negocio isti fare, qui diu tanquam sagax canis uepreta omnia & nitedulas olferceris. Quare mihi commisisti, scriberem ad te, uelles operam tuam ad istam rem impertiri, consilio scilicet iuuare, monitionibus, in dagine, autoritate non deesse, præsertim apud Praesulem Vuromaciensem. Crede mihi doctissime Capnion, te animum Pontificis optimi in te certe amando diu excitatum, hac potissimum opera arctissime tibi deuinctorum. Nam haec illi cura non in postrem est. Vale, & me ama. Romæ v. Decemb. M.D. XVII.

Laurentius Behem Canonum Doctor, Canonicus senior & Scholasticus S. Stephani Babenbergeri.

Ioanni Reuchlin Salutem optat.

**H**A CTENVS ex eo inquam quo in urbe simul dulciter conuersatus fuimus, filui. maxime cum ubi locorum esses ignorarem, nec qui opportune meas ad te perferreret haberem: At nunc quia tuus discipulus, amicusque meus Bartholomæus Caesar ad tuam excellentiam uti sitibundus ad scientiarum fontem proficisciatur, nolui committere, ut sine meis hoc est testimonii meæ erga te pristinæ benevolentiae ad te ueniret. Tatus enim meus est in te amor,

